



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

Caput V. Quod possint Episcopi facere uniones perpetuas in casibus a jure
permissis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

„dientiam, constituere possint: illis au-
 „tem Sacerdotibus, qui de novo erunt
 „Ecclesiis, noviter erectis, præficiendi,
 „competens assignetur portio arbitrio
 „Episcopi ex fructibus ad Ecclesiam Ma-
 „tricem quomodocunque pertinentibus,
 „& si necesse fuerit, compellere possit
 „populum ea subministrare, quæ suffi-
 „ciant ad vitam dictorum Sacerdotum
 „sustentandam, quacunque reservatione
 „generali, vel speciali, vel affectione,
 „super dictis Ecclesiis non obstantibus:
 „Neque hujusmodi Ordinationes, & e-
 „rectiones possint tolli, nec impediri
 „ex quibuscunque provisionibus, etiam
 „vigore resignationis, aut quibusvis a-
 „liis derogationibus, vel suspensioni-
 „bus. „

CAPUT V.

*Quod possint Episcopi facere uniones per-
 petuas in casibus, a jure per-
 missis.*

„Ut etiam Ecclesiarum status, ubi sa-
 „cra Deo officia ministrantur, ex
 „dignitate conservetur, possint Episcopi
 „etiam tanquam Apostolicæ Sedis de-
 „legati juxta formam juris, sine tamen
 „præjudicio obtinentium, facere unio-
 „nes perpetuas quarumcunque Eccle-
 „siarum Parochialium, & baptismalium,
 „& aliorum beneficiorum curatorum,
 „vel

Sæcul. XVI „vel non curatorum cum curatis pro
A.C 1562. „pter earum paupertatem, & in ceteris
 „casibus a jure permissis, etiam si dictæ
 „Ecclesiæ, vel beneficia essent genera-
 „liter, vel specialiter reservata, aut
 „qualitercunque affecta. Quæ unio-
 „nes etiam non possint revocari, nec
 „quoquo modo infringi vigore cujus-
 „cunque provisionis, etiam ex causa
 „resignationis, aut derogationis, aut sus-
 „pensionis. „

CAPUT VI.

*Imperitis Rectoribus vicarii cum parte fru-
 ctuum pro tempore deputentur: in scan-
 dalo perseverantes privari beneficiis
 possint.*

„Quia illiterati, & imperiti parochia-
 „lium Ecclesiarum Rectores, sa-
 „cris minus apti sunt officiis, & alii
 „propter eorum vitæ turpitudinem po-
 „tius destruunt, quam ædificant, Epi-
 „copi, etiam tanquam Sedis Apostoli-
 „cæ Delegati eisdem illiteratis, & im-
 „peritis, si alias honestæ vitæ sint, Coad-
 „jutores, aut Vicarios pro tempore
 „deputare, partemque fructuum eisdem
 „pro sufficienti victu assignare, vel ali-
 „ter providere possint, quacunque ap-
 „pellatione, & exemptione remota: eos
 „vero, qui turpiter, & scandalose vi-
 „vunt, postquam præmoniti fuerint,
 „coer-